& ſpecialiter,nõ autem indiuiduè,vt colligitur ex ijs,
quæ nota.volunt. Areti.& alij communiter in c. 1. de
reſcrip.cum ſimilibus.Præterea ille tex.in locis, ĩ qui
bus homines literati raro inueniuntur,voluit,ꝙ ſi cõ
ſuetudo extet circa factionem teſtamenti,ea ſit ſeruã
da,dummodo vel interueniant ſeptẽ teſtes,vel quin-
que ad minus ſecundum diſtinctionẽ ibi poſitã. Rur
ſus ibi approbatur ſolum conſuetudo antiqua ruſtico
rum.Ex quibus infertur primò,ꝙ alia eorum conſue-
tudo,quæ poſtea ſuperueniſſet,non cenſetur approba
ta tanquam facta,& inducta ab ijs,qui illam non pote
rãt inducere,cum nec iuriſdictionẽ , nec poteſtatem
legis condendæ haberẽt,nec interuenerit conſenſus,
nec approbatio ſuperioris, qui nouam conſuetudinẽ
approbauerit.Secundo infero , ꝙ cum ibi ſolum fue-
rit approbata conſuetudo antiqua ruſticorum,cõſue-
tudines etiam antiquæ aliorum , qui iuriſdictionem,
& poteſtatem legis cõdendæ nõ habent , & qui vellẽt
teſtari in locis extra ciuitates,& caſtra, in quibus ſciẽ
tia literarum nõ haberetur, nõ cenſentur approbatę,
nec obſeruari debent,arg.l. cum prætor.de iudi. tũ qa
48 † conſuetudo in certo genere perſonarum approba-
ta non extenditur ad aliud genus perſonarum,ad tra-
dita per Ioan.And.do.Anto.& alios.in c. fi. de cõſue.
per Bar.in l.de quibus.ff.de legibus.per Innoc. in c.di
lectis.de capel.mon.& per Cyn. in l.1.circa fin. C.de
49 emanci.lib.tũ etiam quia † exceptio in vno caſu facta
confirmat,& facit regulam in omnibus alijs caſibus.
l.qui neque.in fin.ff.de rebus eorũ.l.nã quod liquidè.
in fi.ff.de penu lega.cum ſimilibus. & faciunt nota. p
Bart.& alios.in d.l.oẽs populi.in 2.col.vbi concludit.
50 ꝙ † conſuetudo inducta ab iis,qui non habent iuriſdi-
ctionẽ,nec poteſtatem legis cõdẽdæ,non ualeat,nec
ſit ſeruanda,nec ius faciat,niſi cõſenſus,vel approba-
tio,& ꝯfirmatio ſui ſuperioris interuenerit , & faciũt
etiam,quæ habentur in terminis per Abb.Imo.Ioan.
And.do.Anto.& alios.in c.fi.de conſuetud. & per le-
51 giſtas.poſt Bar.in d.l.de quibus.Sed † iudæi non habẽt
iuriſdictionem temporalem,quamuis poſſint notio-
nem habere.ut in l.iudæi communi iure.C.de iudæis.
iunct.l.a ir prætor.ff.de re iudica. & voluit Bar. in rub.
ff.de iuſti.& iure.& hoc eſt clariſſimum: itẽ nõ habẽt
poteſtatem legis condendæ. c.trãslato , & ibi omnes
de cõſtit.ergo ab eis nõ poteſt conſuetudo induci , &
inducta non valet,nec uim legis habet,nec eſt ſeruã-
da,niſi quatenus à ſuperiore habente iuriſdictionem,
& poteſtatẽ legis condendę approbata reperiatur per
52 ea,quæ ſæpius ſupra ſunt dicta, † prout expreſsè repe-
ritur approbata in ſuis ritibus ceremonialibus, & eo-
rum ſacrificijs,& feſtiuitatibus,vt eſt tex.in l.iudæos.
C.de iudæis.qui propriè loquitur de ritibus , & con-
ſuetudinibus ceremonialibus iudęorum,non autem
de conſuetudinibus deciſiuis litum,& iudiciorum,vt
expreſsè intelligit glo.in d. c qui ſircera in ul. gl.in fi.
45.diſt.& hoc modo ẽt intelligo tex. in c. ſicut iudei.
de iudæis,quia primo debet intelligi de conſuetudi-
nibus,& ritibus eorum circa ceremonialia, & ſacrifi-
cia,& ſic in terminis d.l.iudæos,vt expreſsè voluit gl.
ibi in ver.bonas . Secundo dico,ꝙ cum ille tex. man-
det conſuetudines bonas , quas hactenus habuerint,
non dẽre per aliquem immutari.& ſic per illũ tex. ap
probentur eorũ bonæ conſuetudines, quas vſq; ad di
ſpoſitionem illius hebræi habuerũt, infertur manife-
ſte,ꝙ illæ ſolum ſeruandæ ſunt,quia à canone,& ſupe
riore fuerunt approbatæ,aliæ ergo poſtea ab ipſis in-
troductæ non valent,nec ſunt ſeruandæ , ex quo à ſu-
periore cõfirmatæ nõ reperiunĩ,prout de iure neceſ-
ſe erat per ſupra deducta:& ita dẽnt intelligi,& decla
rari iura p̃allegata,quicq̃d in ꝯ̃rium diceretur . ¶Et
53 † in tantum ſolemnitates teſtõrum ſeruandæ ſunt, ꝙ
ſi notarius aliquid in teſtamẽto omiſerit , quod ſit de
forma & ſolemnitate,non præſumitur per errorem,
ſed fraude,& dolo,ac per falſitatẽ omiſiſſe , & eſt hæc
præſumptio iuris,& de iure,cõtra quam probatio in
contrarium non admittitur,& ex illa notarius poteſt
de falſo damnari,vt eſt tex.in l.iubemus.cum ibi no-
tatis.C.de teſtam.nam publici iuris eſt ſolemnitas, &
factio teſtamenti,& publicam continet utilitatem. l.
teſtamenti factio.ff.de teſtam.& l.fin.C.de codicillis.
& ideò nec remitti,nec tolli poteſt , vt ibi . Ex quibus
54 infertur,ꝙ † cum in teſtamentis hebræorum regulæ,
& ſolemnitates teſtamentariæ locum habeant,& ſint
ſeruandæ,vt ex præmiſſis colligitur, illa regula teſta-
mentaria.l.quamdiu. ff.de acquir. hæred. ꝙ quandiu
locus eſt ſucceſſioni ex teſtamento, ceſſare debet ſuc
ceſſio ab inteſtato,quæ regula eſt infallibilis, & in ra-
tione naturali,& vtilitate publica fundata , quia nihil
eſt magis naturale , quam quòd quis poſſit liberè de
bonis ſui diſponere.l.1.cum ſimil.C.de ſacroſ.eccleſ.
& c.vltima uoluntas 13.q.2.& dicitur intereſſe reipu-
blicæ teſtamenta ualere , effectumq; ſortiri.l.uel ne-
gare cum ſimil.ff.quemadmo.teſt.aper.dicta,in quã,
regula oĩno inter hebræos ſeruanda eſt, & ita omnes
docto.quos uidi,tenent,& præſupponunt,quòd prius
locus ſit ſucceſſioni ex teſtamento, quam ab inteſta-
to.Similiter inter eos ſeruanda erit regula illa teſta-
mentaria de clauſula derogatoria , de qua habetur in
l.ſi mihi,& tibi.§.in legatis.ff.de lega.1.& in d. l .ſi q̃s
in principio.in prin.ff.de leg.3.ſecundũ Paul. de Caſ.
in d.conſi.374. Item & alia regula teſtamentaria erit
inter hebræos ſeruanda , qua dicitur ꝙ volens teſtari
non põt facere , quin leges loquentes de teſtõ , & de
ſuis regulis , & ſolemnitatibus locum in ſuo teſtõ ha
beant.l.nemo poteſt.ff.de leg.1.& l.teſtandi.C. de te-
ſtamen.quæ iura loquuntur vniuerſaliter negatiuè,
quo caſu lex dicitur magis negare, quam uniuerſalis
affirmatiua affirmare iuxta nota.per gl. in l.alienatũ.
§.donationis.ff.de verb.ſignifi.& per do. Ant.in c.cũ
dilectus.in fin.9.col.de conſuetud.& per Moder. Ve-
ronen.in tract.de ſeruit.in tit.de ſeruit.lumin.iuncto
c.ſolite,de maio.& obed.& ita eſt de mente Pauli de
Caſt.in d.conſi.374.ſi rectè eius verba conſiderenĩ,ꝙ
potius atttendenda ſit diſpoſitio iudæi teſtatoris ex-
preſſa,& valida ſcđum diſpoſitionẽ iuris ciuilis facta,
quã ea,q̃ eſſet ab illo facta iuxta formã , & ſolẽnitatẽ,
ac conſuetudinem iudæorum, vt ibi per eum in 2.du
bio,q̃ in effectu hoc clarè voluit,vt cuilibet rectè in-
telligenti patere põt . ¶Tertio principaliter pro hac
conclu-

concluſione, ꝙ in caſu noſtro aſſumpti debeāt lauda
re,& iudicare nō ſecundum legem Moſaicam, & ue-
teris teſtamenti,quæ eſt lex particularis,& municipa
lis ipſorum hebræorum,vt omnes uolunt, & atteſtan
tur ex mente,& auctoritate Cald. in d.conſ.10.de cō
ſtitu.& in d.conſi.30.de teſtamen.& in d.conſ.11.Ga
ſparis.Cald.ſed ſecundum legem Romanam,& con-
ſequenter ꝙ in caſu noſtro lex particularis,ſeu muni-
cipalis non deroget iuri generali)ita arguitur, & iudi
55 cio meo ſatis concludenter.Nam† ubicunq; in com-
promiſſo apponitur clauſula,ꝙ arbitri debeant lauda
re,& terminare de iure tantum , ſeu ſecundū ius, tūc
illa uerba important ſecūdum ius commune, nō au-
tem ſecundum ius municipale, & intelliguntur de iu
re cōmuni,nō autē de particulari:ita in terminis uo-
luit,& concludit Alberi. de Roſa.in 1. par. ſtatutorū.
in q. 127.incipien.ſi cōpromiſſum eſt, & hæc fuit opi
nio Guliel.de Suza.in tracta.ſtatutorū.in q. pone cō-
promiſſum factū eſt,& facit tex.nota.in §.ſed ius qui-
dem.in uerſi.ſed quoties Inſtit.de iure natu. gen.& ci
ui.& id,quod in ſimili uoluit Innocen.& ibi oēs.in c.
56 ex parte de cenſibus,ꝙ† ubicunque in diſpoſitione fit
mentio de menſura,intelligitur de cōmuni, & eſt bo
57 nus text.in l.fi.C.de his.qui uen.æta īpetra. ubi† ſi fiat
mentio de ætate legitima,intelligitur de illa, quæ eſt
legitima ſecundum ius commune,non autem ſecun
dum ius ſpeciale.Item ſi concedatur facultas teſtādi
illi,qui aliàs de iure teſtari non poterat, intelligitū da-
ta facultas teſtandi de iure communi, non autem par
ticulari,& ſpeciali.l.ſi quando.in prin.C. de inoffi. te-
ſtamē.& facit text.in c.1.extra de procurat. & hāc opi
nionē in terminis ſequitur etiam Io.And. in addit.ad
Specul.in tit.de arbi.in §.excipitur. in addi. incipien.
Guliel.in quæſtionibus &c.& Ange.in ſua queſtione,
ſeu diſputatione incip. duo ad inuicem litigantes , &
facit id,quod pulchrè dixit Spec. in tit.de appell. in §.
nunc tractemus.uerſi. cæterum circa mediū.Nec ob-
ſtat,ꝙ iudices debeant ſecūdum ſtatuta , & conſuetu
dines loci iudicare.c.uenientes.de iureiur. c. 3.de eo,
qui mittitur in poſſ.c.illa.12.diſtinct.& l.an in totum.
C.de ædi.priua.Quia reſpondetur hoc eſſe in ipſis iu-
dicibus,quia iurant ſeruare ſtatuta.d.c.uenientes.ſed
arbitri ita non iurant.Hanc quæſtionem plenè exami
nat Roma.in rub.de arbitris.in 15.q.hinc inde ratio-
nes adducendo,& tandem cōcordando opiniones di
58 ſtinguit,& cōcludit,† ꝙ ſi ſecundū ius commune cau
ſa celerius,& clarius expediretur,quā de iure particu-
lari,& municipali,illa uerba de iure, ſeu ſecundū ius
intelliguntur de iure cōmuni, ſi uerò celerius, & cla-
rius expediretur ſecūdū ius particulare,& municipa-
le,tunc debent de illo iure intelligi:ſed ī terminis no
ſtris nulli dubium eſt,ꝙ clarius,& celerius cauſa expe
diretur ſecundun ius cōmune,quā ſecūdum ius Mo-
59 ſaicum,& ueteris teſtamenti,qa† clari iuris eſt, ꝙ fra-
ter de iure communi poteſt unū ex fratribus ſolū hæ-
redem inſtituere,aliis fratribus non inſtitutis,& nihil
eis relinquendo,immò poteſt frater ignotum , & ex-
traneum tantum hæredē inſtituere, fratribus ſuis pe-
nitus excluſis,ut habetur ī l.fratris.& in l.frater. C.de
inoffi.teſtamen.l.1.ff.eo.ti.iuncta l. extraneum.cum
ſimilibus C.de hæred. inſtit. de iure autē Moſaico id
non eſt ita clarum,& expeditū , ueluti apud hebræos
habetur,& ſatis notum eſt: ergo dicendum eſt , quòd
illa uerba de iure debeant intelligi de iure communi
& ciuili,nō autē de Moſaico,qđ eſt ius particulare: &
maximè hoc uerum eſſe uidetur indiſtinctè tenēdo il
lam opinionem Guliel.de Suza.& Alber. de Roſat.ꝙ
ea uerba de iure in compromiſſis appoſita indiſtinctè
intelligantur de iure communi, non autem de muni
cipali,ut uoluit etiā Ioā.Andr.in rubric.de cōſuetud.
& Cardin.in c.fina. eodem titu.& ita in indiuiduo te-
net Cyn.in l.illa inſtitutio.ff.de hæred. inſtit. & magis
communiter docto.hoc uidentur concludere, quam
uis aliqui contrarium tenuerint,ut fuit Bald. in d.l.il
la.inſtitutio.Ant.in d.c.quintauallis. & Abb.in d.rub.
de conſuetu. & facit ad hoc illud , quod in ſimili uo-
60 luit Bald.in l.quicunque.C.de ſeruis fugit.quòd† ſi te-
ſtator filios inſtituerit in ea parte,quæ eos de iure tan-
git,& aliter debeatur filijs de iure communi,aliter de
iure particulari.concludit ibi Bald.ꝙ illa uerba intel-
ligentur de iure communi non autem de particula-
ri,ſeu municipali,& facit etiam tex.cum glo.in c.1.de
tranſact.Illa igitur uerba compromiſſi in decidendo
de iure in caſu noſtro erunt intelligenda de iure com
muni iudæorum,quod eſt ius Romanū,& imperiale,
& non de iure Moſaico,& ueteris teſtamenti,quod di-
citur eſſe ſuū ius particulare, & municipale, ut uoluit
Calder.cum ſuis ſequacibus ſupra relatis. & traditur
per Moder.in d.c.1.de conſtit.in 10.colum. in d.c.iu-
dæi.il 2.de iudæis , & in aliis locis præallegatis. & per
Alexand.in d.conſ.6.¶ Quarto prædicta corroboran
61 tur, nam† illa uerba præcedentia in compromiſſo ap-
poſita,ꝙ de iure & de facto poſſint procedere,nō poſ-
ſunt intelligi,niſi de iure communi,non autē de iure
Moſaico,nec hebraico,quia in procedēdo omnes do-
ctor.indiſtinctè tenent , ꝙ iudæi teneātur ſeruare ius
commune,& modum procedendi à iure ciuili tradi-
tum.per text.in d.l.iudæi cōmuni.C.de iudæis, ut uo-
luit etiam Bart.Cępol.in ſuo conſ.75.incip. Pater po-
teſt admitti &c. qui in ſuo primo fundamento utitur
his uerbis,ſed ueritas eſt in contrariū, quia iudæi quā-
tum ad iudicia utuntur , & uiuunt iure Romano d.l.
iudæi,& Ioan.de Imol.in d.c.fin. de conſuet. colum.
3.dicit,ꝙ quoad iudicialia non ſeruatur lex *Moſaica.*
Si ergo illa uerba de iure primo loco poſita *intelligū*
tur de iure communi, utique & illa in decidendo de
iure debent pariter intelligi de iure communi,& nō
de Moſaico,ut pariter, & uniformiter determinētur,
ex quo ſunt poſita ſub una, eademq; diſpoſitione.ar-
gum.l.nam hoc iure.ff.de uulgar.& pupilla.& l.eum,
qui ædes.ff.de uſucap.ac etiam quia uerba ſubſequen
tia declarantur per pręcedētia.l.ſi ſeruus plurium.in
fin.l.cum filiabus.ff.de legat.1.l.titius.§. lucius.il 2.&
ibi Bart.& l.legatorum.in fin. ibiq; Bart.ff. de legat.3.
62 & l.nummis.ff.de legat.3.¶ Quinto† hæc uerba de iu
re appoſita in compromiſſo ſunt uerba prolata à no-
tario,ergo debent intelligi ſecundum conditionē,&
qualitatē notarii,non autem contrahentium, ut col-
ligitur ex not.per Bar.in l.liberorum.in ulti. col. ff.de
uerbo.ſignific.& in l.ſi quis filiabus.ff.de teſtam. tute.
& ideò uerba latina, & quæ groſſo modo nō poſſunt
intelligi prolata à notario,& à perito inter idiotas,&
homines illiteratos intelliguntur ſecundum peritos,
ſecundum quod ius interpretatur , nō autem ſecūdū
qualitatem contrahentiū,ut ibi, ſecus ſi uerba ab ho-
mine groſſo prolata eſſent per not.ab Inno. in c.cum
clamor de teſtibus.& faciūt ea, quæ habentur p Cald.
in conſ.34.in tit.de teſta.In caſu itaq; noſtro illa uer-
ba de iure à notario in inſtrumēto cōpromiſſi prola-
ta debent intelligi ſecundum qualitatem,& cōditio-
nē notarij, & cōſequēter de iure cōmuni ciuili, & nō
de Moſaico, quod qualitati,& cōditioni notarii non
cōuenit.Et hoc pręſertim in caſu,de quo agitur, dicē
dū uidetur,cū ī hac cauſa iſti hebręi litigātes cępe-
runt uti iure ciuili,& nō Moſaico,ut patet ex proceſſu corā
do.Aſcanio auditore in prima inſtantia facto, ex quo
cōſtat,ipſos uoluiſſe intelligere de iure cōi ciuili,non
autē de Moſaico per ea,quæ in ſimili habētur in l.ſo-
cietatē.§.arbitrorum.per Bar. & alios.ff. pro ſocio.&
in d.c.quintauallis.de iureiur. & not. in clem.ſępe de
uerbo.

yerbo.ſignifi.ubi mens procedēdi in cōpromiſſis de-
claratur ex eo,quod partes primo elegerunt.¶Conſi
derandum eſt ēt, † ꝙ hic Bononiæ inter iudæos cōi-
63 ter conſuetum fuit in teſtando ſeruare ius Romanū,
& ciuile quoad ſolennitatem,& alia, vt ex pluribus te
ſtamentis à diuerſis hebræis factis conſtare poteſt,er-
go hæc conſuetudo ſeruanda eſt,& non lex Moſaica,
cui per hmõi cōſuetudinem poteſt dici derogatum,
ut ad propoſitum uoluit Aretin.in conſ.158.in 4.col.
in 3.dubio,& faciunt,quæ hñr per Bal.in rub. ff.de iu-
ſtitia,& iure.& per Angel.in 1.conſtit.C. & per Imol.
in rubr.ff.de noui ope.nunc.ubi doctores uolunt, no
tarios Chriſtianos poſſe conficere teſtamenta inter
hebræos,& tunc debere obſeruare formam,& ſolen-
nitatem,quæ regulariter in teſtamentis Chriſtianorū
requiritur. Hæc tamen conſuetudo ſecundū Gaſp.
64 Cald.in d.conſi.11.in prin.probanda eſſet, & † diceē
probari per binos actus,& per productionē duorū te-
ſtamentorum iudæorum,in quibus ius commune ci
uile ſeruatum fuerit per ea,quæ notab. voluit Bart. in
l.ſemper in ſtipulationibus.ff.de reg.iur. per Io.And.
Anto.Imol.& Abb.in c.fin.de conſuetud. cum ſimil.
Ex quibus omnibus,& pluribus alijs, quæ poſſent ad-
duci,clariſſimè apparet,ꝙ iudæi in ſucceſſionibus ex
teſtamento ſeruare debent ius ciuile cōmune, & nō
ius Moſaicum,& in hoc doctores magis communi-
ter conueniunt,quamuis in ſucceſſione ab inteſtato
magis communiter uelle uideantur, ꝙ lex Moſaica
attendatur, ut ſupra dictum eſt. Et ideò infertur, ꝙ
illa uerba de iure in inſtrumento compromiſſi appo-
ſita debēt intelligi de iure communi ciuili,& Roma-
no,& non de iure ueteris teſtamenti. ¶Et ſequendo
hanc partem,ſupereſt,ut adductis ſupra in contrariū
reſpondeatur,quibus licet ex prædictis reſponſum ſa
tis appareat,tamen ut clarius ueritas innoteſcat, uni-
cuiq; argumento in ꝯrium facto ſingulariter reſpon-
debo. In primis igitur non obſtat,ꝙ illa uerba de iu-
re &c. debent intelligi de iure hebraico, cū in dubio
ſemper uerba intelligantur ſecundum qualitatē per-
ſonarum,ad quas ſunt relata per ea, quæ ibi plenius
dicta fuerunt. Quia reſpondetur primo, quòd qua-
litas,& conditio iudæorum expoſcit, ut illa uerba in-
telligãtur de iure communi,nam quamuis in ſucceſ-
ſionibus ab inteſtato lex Moſaica obſeruetur, tamen
in ſucceſſionibus ex teſtamento inter eos quoad ſo-
lennitatem,& regulas teſtamentorum ſeruari debēt
leges ciuiles,& imperiales, ut ſupra pleniſſimè dixi,
& eſt magis communis opinio gloſarum,& doctorū.
Secundo reſpondeo,quòd ex quo illa uerba de iure
ſunt in inſtrumento compromiſſi prolata,debent in-
telligi de iure generali,& cōmuni,& ſic de ciuili Ro-
manorum,non autem de particulari, ſeu municipali
ipſorum iudæorum, quale eſt ius Moſaicum ueteris
teſtamenti,ut uolunt Gugliel. de Suza. Alber. & alij
doctores magis communiter, quos ſupra retuli. Et
hoc maximè dicendum eſt in caſu noſtro, in quo ſic
intelligēdo cauſa celerius,& clarius poſſet expediri,
ut ſupra declaraui,& habetur per Romanū in d.rubr.
de arbitr.in quæſt.15.Præterea illa uerba de iure pro-
lata à notario,& ſic ab homine perito inter idiotas, &
perſonas imperitas,cum non poſſint intelligi vulga-
ri,nec groſſo modo, debent intelligi non attēta qua-
litate contrahentium,ſed qualitate, & conditione ip
ſius notarij per ea,quæ uoluit Bart.in d. l.ſi quis filia-
bus.& in d.l.liberorum.in ult.colum. cum ſimilibus.
Rurſus cum compromittentes cœperint iam prius li
tigare in prima inſtantia ſecundū legē communē,er-
go illa uerba debent intelligi de iure cōi;item ex quo
illa uerba de iure prius prolata non poſſunt intelligi,
niſi de iure cōi Romanorum, & Chriſtianorum, ſe-
quitur,ꝙ & illa ſequentia de iure in determinãdo ſi-
militer de eodem iure intelligi debent, ut ſequentia
declarentur ex præcedentibus,& ut eodē iure,& non
diuerſo cenſeantur,& determinentur per ea,quæ ſu-
pra plenius dixi. ¶Secundo principaliter nō obſtat,
65 † quòd in ſucceſſionibus inter hebręos ſeruari debet
lex Moſaica tanquam lex ſua ſpecialis,& non lex cō-
munis ciuilis per ea,quæ voluit Caldar.in d.conſ.10.
de conſtitutio.& in d.conſi.30.de teſtamen. quē do-
ctores communiter ſequuntur ad tradita per moder.
in d.c.1.de conſtitutio.col.10.& in c.iudæi.il 2. de iu-
dæis.cū ſimilibus. Quia ex prædictis rñſum apparet,
primo illud uerum eſſe, & procedere in ſucceſſioni-
bus ab inteſtato, ſecus in ſucceſſionibus ex teſtamen
to,ut præſupponunt gloſæ,& doctores cōiter,de qui-
bus ſupra; quicquid ſenſerit Alex.in conſi.6. uol. 6.ꝗ
ſolus hoc tenuit in ſucceſſione ex teſtamento allegã
do.Cald.in dictis conſilijs,& alia, quæ loquuntur, &
procedunt ſolum in ſucceſſionibus ab inteſtato. Et
tenendo hanc differentiã inter ſucceſſionē ab inteſta
to,& ſucceſſionē ex teſtamento, pōt ratio differētiæ
aſſignari,quia in ſucceſſione ex teſtamēto expreſsè,
& ſpecialiter reperitur derogatum cuicunque legi,&
conſuetudini ꝯriæ,& ſic ēt legi, & conſuetudini he-
bræorum.per tex.in l.fin.C.de teſtam.& per alia,quæ
ſupra allegaui. Sed in ſucceſſione ab inteſtato nō re-
peritur legi Moſaicæ,& iudæorum derogatū per præ
66 dicta,& † Alex.in dicto conſilio loquitur, quando iu
dæus facere teſtamentum,ſeu alios actus abſq; nota-
rio Chriſtiano, ergo innuit aliud eſſe, quando cum
notario Chriſtiano teſtamentum faceret, quia tunc
lex,& conſuetudo Chriſtianorum etiam in teſtamen
to iudæi ſeruari deberet,ut uoluit Bald. in rubr. ff. de
iuſtitia,& iure, & ſequitur Angel. in 1. conſtitutio.
Codic.Imol.in rub.ff.de noui operis nuncia. & Ioan.
de Anan in rubr.extra de iudæis.in ulti.col.Secūndo
reſpondeo,quòd ex quo agitur de interpretatione,
& intelligentia illorum uerborum de iure appoſito-
rum in compromiſſo facto inter hebræos, ea debent
intelligi non de iure particulari,& municipali iudęo-
rum, ſed de iure communi, & generali Romanorū,
etiam ſi in ſucceſſionibus quoque ex teſtamento in-
ter iudæos lex Moſaica,& ueteris teſtamenti ſeruare-
tur,per rationes, auctoritates,& iura,quas, & quæ ſu
pra adduxi, ex quibus ita dicendum, & concluden-
dum eſſe multipliciter demōſtraui. ¶Tertio quoq;
argumento reſponſum patet ex præmiſſis. Et dum
per Cald.& alios allegatur illa auctoritas Euangelij,
legem habemus,& ſecundum legem noſtram debet
mori, & ite, ipſum accipite, & ſecundum legem ue-
ſtram iudicate eum,profectò auctoritas illa nihil ad
rhombum,quia illa fuerunt uerba prolata ab ijs, qui
non habebant poteſtatem faciendi legem,nec tollen
di ius commune, nam fuerunt prolata à Pilato, & à
iudæis,qui hanc poteſtatem faciendi ius nō habebãt,
argumento eorum, quæ habentur per canoniſtas in
capit.1.de conſtitutio.& Clarius in c.2.de reſcrip. dū
ibi Ioan.Andr.& alij de auctoritate gloſarum,& Gra-
67 tiani loquuntur. Præterea † cum iuriſdictio iam co-
ram Pilato præuenta, & perpetuata eſſet, quia iudæi
coram eo litigare conſenſerant,& iam corã eo Chri-
ſtum accuſauerant, & nomen fuerat inter reos rece-
ptum, factæque erant probationes, & examinati te-
ſtes, & fortè concluſum in cauſa, quomodo poterat
Pilatus denegare ſe uelle iudicare,& cauſam remitte
re,cum iudicium debeat finiri,vbi cœptum fuit. l.ubi
cœptum iuncta l.ſi quis poſtea.cum ibi nota. ff.de iu-
68 dicijs. Et † cauſa non erat delegabilis, quia de uita
hominis agebatur,argumento.l.1.ff. de officio eius,
cui mandata eſt iuriſdictio,& l.imperiū.cum materia



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ff.de iuriſdictione omnium iudicum cum ſimilibus.
69 Rurſus † Pilatus remittebat cauſam decidendam in-
ſtigatoribus,& accuſatoribus, quod minimè de iure
licet,ut in c.accuſatores.cum c.ſequen.cũ ibi nota.3.
quæſtio.5.c.forus.de uerborum ſignificatio. & nota.
in c.ex litteris.de probatio.ibiq; plenè doctores. Ac-
cedat ad hæc, quòd illa erat cauſa criminalis, & age-
batur de pœna ſanguinis imponenda,ergo ẽt inter iu
dæos erat per iudicem Romanum decidenda ſecun-
dum legem Romanorum, & non ſecundum legem
70 Moſaicam,& iudæorum. Nam † quamuis doctores
uelint, quòd in ciuilibus cauſæ inter hebręos ſint ſe-
cundum legem Moſaicam dicẽdæ per ea, quæ uoluit
Cald.tamen doctores cõiter, immò ferè omnes uo-
lunt,ꝙ iudæi de crimine ſint iudicandi à iudice ſecu-
lari,uel eccleſiaſtico,aut ſecundum leges, & iura ci-
uilia,aut quandoq; ſecundum iura canonica,quia in
criminalibus iudæi ſunt de foro tpali Imperatoris, &
iudicis temporalis,& ſecularis regulariter, & aliquo
reſpectu de foro eccleſiaſtico,ut eſt text. in c. ſicut de
iudæis,ibi ſine iudicio terrenæ poteſtatis occidere,&
eſt bonus text.in l.iudæi cõi.C.de iudæis, ibi in ciuili
dumtaxat in negotio,& gl.in d. c.qui ſincera. ibique
Dominic.& Moder.45.diſtinctio.& ita uolunt docto
res communiter Ioan.And.Anton.& Abb. per illum
textum,& alia iura in c.gaudemus.de diuor.& docto
res oẽs poſt gloſam in c.poſt miſerabilem. de uſuris.
Felin.in c.poſtulaſti.de iudæis. Aretin.in conſil. 158.
& Oldrad.in conſi.333.& in conſi.34. Malè ergo di-
xit Pilatus, tollite eum, & ſecundum legem ueſtram
iudicate, & in Euangelio illud ponitur narratiuè, nõ
autem diſpoſitiuè,nec ut illud tanquam legitimè, be
nè,& iuſtè factum approbetur. ¶Non obſtat quarto
loco text.in d.l.iudæos.C.de iudæis. in fin. per quem
Cald.& alij dicũt,quòd lex Moſaica in eo, in quo nõ
reperitur reprobata, atque prohibita, ſeruãda eſt in-
ter iudæos,& non lex ciuilis. Quia primo poſſumus
dicere,quòd quoad ſucceſſionem teſtamentariã lex
Moſaica eſt prohibita, reprobata,nam illi dicitur de-
rogatum per l.fin.C. de teſtamen.ut ſupra induxi, itẽ
per l.iudæi.C.de iud.per quem text.glo.in c. ius quiri
tum.1.diſtin.uoluit, ꝙ iudęi quoad ſucceſſionem te-
ſtamentariã,ac etiam ab inteſtato iure Romano vtã-
tur. Vnde quamuis poſtea doctores uelint in ſucceſ-
ſione ab inteſtato ſeruandam eſſe legem Moſaicam,
& iudæorum,ut per Cald.& alios, tamen quoad ſuc-
ceſſionem ex teſtamento nihil fuit poſtea immuta-
tum,nec doctores præſupponunt in ea ſeruandã eſſe
legem Moſaicam. In ſucceſſione itaq; teſtamenta-
ria,de qua nos loquimur,remanebit adhuc firma de-
ciſio illius gloſæ in d.c.ius quiritum. Præterea, ut di-
cit gloſ.in c.ſi ſolus.8.diſtinct. cum qua doctores per-
tranſeunt,quamuis olim iudæi ius, & leges ſcribarũ,
& phariſeorum ſeruare tenerentur, hodiè tamen ſe-
cus eſt,nam,ut dictum fuit poſt Imolam, & alios,lex
Moſaica quoad p̃cepta iudicialia fuit ſublata, & ideò
non eſt ſeruanda, niſi quatenus in noua reperitur ap
probata. Neque hoc reperitur immutatum, maxi-
mè in ſucceſſione teſtamentaria, de qua eſt ſermo,
ergo quoad illam dicitur legi Moſaicæ derogatum.
Et propterea in caſu iſto non lex Moſaica, ſed com-
munis ſeruanda erit per d.l.iudæos ſecundum intelle
ctum Cald.in dictis conſilijs. Vel ſecundo & melius
71 reſpondeo † illum textum in d.l.iudæos approbare ri
tus,hoc eſt ceremonias, feſtiuitates, & ſacrificia iu-
dæorum,dummodo non ſint prohibita, & aduerſa fi-
dei Chriſtianę,non autem loqui de ritibus,& iuribus
hebræorum circa deciſiones cauſarum, & circa iudi-
cia,ut clarè poteſt colligi ex uerbis illius text. quẽ ita
in terminis intelligit,& declarat gl.fi.in finalib. uerb.
in d. c. qui ſincera. 45.diſt.& ibi Moder.ſcriben. Simi
72 liter † reſpondetur te tui in d.c.qui ſincera. nã ut ex
uerbis illius apparet,loquitur de ritibus, & uſibus ce-
remoniarum,ſacrificiorum, & feſtiuitatum ipſorũ,
in quibus potius tolerantur,quàm approbentur,uelu
ti doctores etiam maximè Moder.& glo.ibi declarãt.
Vnde nil mirum,ſi quoad illa eorum iura,& conſue-
tudines ſeruantur,& non leges, nec iura Chriſtiano-
rum,quia de iis,quæ foris ſunt,nihil ad nos.c.gaude-
73 mus de diuortiis. Eodem † modo poteſt reſponde-
ri textui in c.ſicut iudæi de iudæis. & ita etiam debet
intelligi.text.in c.illud.& in c.omnia.12.diſtinctio.
Vel alio modo, & fortè melius dico, quòd textus in
dicto c.ſicut.cum ſimilibus,uoluit conſuetudines bo
nas iudæorum,quas habuerunt hactenus, id eſt uſq;
ad diſpoſitionem,& tempus illius text.eſſe eis ſeruan
das, ergo infertur,quòd aliæ conſuetudines etiã bo-
næ,quæ de cætero poſt illam conſtitutionem inter iu
dæos inductæ fuerunt,ſeruandæ non ſunt,argumẽto.
l.cum prætor.ff.de iudiciis,& quia excipiũtur illæ cõ-
ſuetudines,quas hactenus habuerũt,ꝙ ſeruandę ſint,
infertur aliàs non eſſe ſeruandas,& hoc eſt rõnabile,
quoniam,ut ſupra dictum fuit, ex quo iudæi nullam
habent iuriſdictionem temporalem Bar.in rubric.ff.
de iuſtitia,& iure cum ſimilibus ſupra alllegatis, &
non habent poteſtatem faciendi legem. d. c.transla-
to.cum aliis,ſequitur,quòd ipſi non poſſunt induce-
re conſuetudinem,quæ ſit ſeruanda, & uim legis ha-
beat,niſi interueniente conſenſu, ſeu approbatione
principis,uel populi per ea,quæ uoluit Bartolus in di
cta l.omnes populi. Nec obſtat id, quod dixit Calde.
in d.conſil.2.in titu.de conſuetudi.de illa conſuetudi
ne ſcribendi teſtamenta,quia ſupra de hoc ſatis dixi,
74 & ideò non repeto. Vel poteſt dici † ipſum loqui de
conſuetudine eorum antiquiſſima, de cuius initio
memoria non exiſtit,quæ habet uim priuilegii,& cõ
ceſſionis argumento.l.hoc iure.§.ductus. & ibi Bart.
ff.de aqua quotidia.& æſti.& in c.1.in fin. cum ibi no-
ta.de præſcript.in 6.& ſic illa conſenſu aſſiſtentiũ con
firmata dicebatur,ſicut in ſimili dicit Ioan.And.in c.
fin.de conſuetudi.de conſuetudine mulierum,& fa-
ciunt not.per Bartolũ in d.l.omnes populi. in 2. col.
¶Sexto nõ obſtat l.iudæi communi iure. C.de iudęis
75 inducta, ut ſupra, quia dico † illum textum probare
totum oppoſitum,hoc eſt, quòd iudæi teneantur uti
iure Romano in iudicialibus, & coram iudicibus,&
arbitris,non autem lege Moſaica,nam quoad obſer-
uantiam legis cõmunis,& Romanæ, & quoad hoc,
ut illo iure ligentur,cenſentur eſſe Romani rationc
ſubiectionis, ut eſt text.cum gloſ.ibiq; doctores ma-
ximè moder.in d.c.ius quiritum, & faciunt nota.per
Bartolum in l.hoſtes.ff.de captiuis,& poſtliminio re-
uerſ.& ita illum textum ad propoſitum allegat gloſ.
in d.c.ius quiritum. Et licet uideatur in oppoſitum fa
cere, dũ loquitur de arbitris inter iudęos aſſumptis,
76 & dicit,iure publico non utantur,tamen dico † illum
text.in hoc eſſe mendoſum,quia uera litera, quã om
nes libri antiqui habent, eſt, iure publico non uetern-
tur: & ſecundum aliam literam ille text. non patitur
rectam conſtructionem, nec uerum ſenſum, ut cui-
libet rectè intelligenti, & conſtruenti conſtare po-
teſt, ſecundum autem ueram literam ſupra relatam
recipit ueram intelligentiam,& conſtructionem,u-
rique conſonam, uidelicet quòd non ſit differentia,
an cauſa iudæorum cognoſcatur corã iudicibus, an
coram arbitris,quia utroque caſu iure communi Ro
mano cognoſci debebit iuxta.l.1.ff.de arbitris, ubi ar
bitria ad inſtar iudiciorum procedunt.Sed tex.ille ſo-
lum uoluit facere differentiam quoad perſonas,nam
77 † quãdo cauſa in iudicio agitaẽ inter iudæos, nõ de-
bet

bet cognoſci corã iudicibus iudæis, quia ipſi nõ poſ-
ſunt eſſe iudices, nec iuriſdictionem habere, ut ſupra
dixi.& habetur in c.omnia.12.diſtinct.& c.conſtituit.
17.q.4.Sed bene ipſi inter iudæos poſſunt eſſe arbitri,
& text.in d.l.iudæi dicit,ꝙ iure publico non uetentur
iudæi ſortiri arbitros pactione, & conſenſu partium.
¶Non obſtat ſeptimum argumentum de matrimo-
78 niis contrahentis,quia reſpondetur, ꝙ† quoad matri
monia, & ſic quoad ſpiritualia ſeruantur leges eorũ.
d.c.de infidelibus.de iis enim quæ foris ſunt, nihil ad
nos.d.c.gaudemus.nã licet quoad temporalia teneã-
tur viuere iure communi Romano,tamen quoad ſpi
ritualia,ut quoad matrimonia, lex moſaica inter eos
ſeruari debet,& in hoc differunt ſpiritualia à tempo-
ralibus.ut in d.c.& habetur ibi per docto.& ita dicunt
ſcriben.communiter, qui hunc articulum tractãt, an
iudæi teneãtur viuere lege communi Romanorum,
an uerò lege Moſaica,ut per Fel.& alios. in d. c. 1.de
conſtitut.in 10.ſeu 12.col.& in c.iudæi.il 2.de iudæis.
per Hoſtien.in ſumma in tit.de iudæis. §. in quibus.ꝑ
Ioan.de Imol.in c.fi.de conſuetud.& per Alex.in con
ſil.13.in penul.colum.vol.7.Vel ſecundo dici poteſt,
ꝙ quoad matrimonia lex Moſaica ĩter eos ſeruari de
bet,quia in hoc fuit expreſsè approbata per legem ca
nonicam.vt in d.c.de infidelibus.& in d.c.gaudemus.
non autẽ lex Romana,de qua in l.nemo.C.de iudæis.
¶Non obſtat vltimum fundamentum. d.l.fratres. C.
de inoffic.teſtamen.cum aliis ſupra allegatis,quia re-
79 ſpondetur,ꝙ† ex quo ille,qui vult contra teſtamentũ
uenire,& illud ratione turpitudinis ĩſtituti impugna-
re,eſt in eadem turpitudine conſtitutus,eademq; in-
famia cum inſtituto laborat, quoniam ambo ſunt fra
tres,& ambo iudæi fratres teſtatoris,fit inter eos com
penſatio,& non poteſt teſtamẽtum impugnari ratio-
ne turpitudinis ipſius Vitalis inſtituti, ut uoluit gl.in
d.l.fratres.in uer.infamiæ per text. in l. in arenam. C.
eod.tit.Et hæc quoad præſentem conſultationem ſuf
ficiant. Laus Deo.

*S V M M AE.*

1 *Compromiſſo facto in aliquos tanquam in arbitros, & arbitrato*
*res,& amicabiles compoſitores cum poteſtate procedendi in co*
*gnoſcendo de iure, & de facto, & iuris ordine non ſeruato, in*
*decidendo uero, & pronunciando de iure tantum,ipſi de iure tã*
*tum, & eo modo,quo iudices ſententiam, laudum ferre tenen*
*tur, aliàs laudum eſſet nullum.*

2 *Et maximè, ſi compromiſſum in duos legum peritos factum eſſet*
*nullum.*

3 *Verba in dubio ſemper intelligi debent ſecundum qualitatem per*
*ſonarum, ad quas fuerunt relata.*

4 *Et magis, quàm ſecundum qualitatem perſonæ proferentis.*

EPITOME.

Compromiſſo facto in duos iuris peritos tãquam
in arbitros,& arbitratores, & amicabiles compoſito-
res cum poteſtate procedendi in cognoſcendo de iu-
re,& de facto,& iuris ordine non ſeruato,in deciden-
do uero,& pronunciando de iure tantum,nõ poſſunt
arbitri hi ſola facti ueritate ĩſpectu, & de æquitate lau
dare,ſed laudum de iure ferre tenentur.

## CONSILIVM XXIX.

STante cõpromiſſo facto in duos eximios
iureconſultos tãquam in arbitros, & in ar
bitratores,& amicabiles compoſitores,&
ut in cognoſcendo poſſint procedere de
iure,& de facto,& iuris ordine non ſerua-
to,in decidẽdo uero,& pronũciando de iure tantum,
An poſſint ſola facti ueritate inſpecta,& de æquitate
laudare,an verò de iure tãtum, & ſecũdum quod ius,
& iuſtitia exigunt,ultra alia, quæ excellẽtiſſimi aduo



cati domini Ioãnis deduxerũt,omiſſis doctorũ quot-
tis,quæ allegari hinc inde poſſent, requiſitus de ſim-
plici ſubſcriptione,uenio in ſententiam Bart. in l.dic
1 proferre.§.ſtari.ff.de arbitr.†ꝙ dicti arbitri de iure tã-
tum laudum ſuum proferre teneantur,nã in caſu oc-
currenti factum videtur cõpromiſſum in eos tãquam
in arbitratores quoad modum procedendi,ſed tãquã
in arbitros quoad modum pronunciandi,& laudãdi,
ad tradita per eundem Bar.in l.ſi ſocietatẽ.§.arbitro-
rum.ff.pro ſocio.igitur laudare, & diffinire debẽt tan
quam arbitri,qui de iure,& eo modo,quo iudices ſen
tentiam,laudum ferre tenentur,arg.l.1.ff. de arbit.cũ
aliis.Et ideò aliter laudãdo laudum dicitur nullum,
& inualidum tanquam contra formã cõpromiſſi la-
tum,ut not.uoluit Anto.de Butr.in c.quintauallis.co
lum.5.extra de iureiuran.& hoc ſeruat cõſuetudo, ut
atteſtantur Barto.& Anto.in locis præallegatis. & re-
fert Alex.in d.l.ſi ſocietatẽ.§.arbitrorum.in appoſtilla
magna ad Bart. quibus de conſuetudine credendum
eſt ad ea,quæ dicit Barto.in l.de quibus.ff. de legibus.
Et propterea ab huiusmodi conſuetudine non eſt re-
cedendum,ſed ſecundum illam iudicandum. c.con-
ſuetudo.1.diſt.Nec obſtat id, quod inquit Anto.in c.
ex inſinuatione.col.2.de reſcrip.ſuꝑ cuius dictis mul
tum inſiſtit Alex.in d.§. arbitrorum. quia Ant. ibi lo-
quitur in caſu diuerſo,hoc eſt, quãdo ſimpliciter fuiſ
ſet compromiſſum in aliquem,ut procedat,& deter-
minet de iure,at caſus noſter eſt, quãdo compromiſ-
ſum fuit ut in arbitrũ,& arbitratorem,& amicabilem
compoſitorem quoad procedendum, ſed quoad de-
cidendũ de iure tantum, nam tunc ſecundum ipſum
domi.Anton.in d.c.quintauallis. & Bart. in d.§. ſtari.
debebit arbitrari de iure tantum, prout conuentum
fuit.Et ideò fortè etiam dici poſſet,ꝙ illud, quod do-
mi.Anto.incidenter inquit in d.c.ex inſinuatione.co
lum.2.de iure non ſubſiſtat per ea,quæ plenè,& prin-
cipaliter ex oppoſito uoluit idem Anto.in d.c.quinta
2 uallis.col.5.&† hoc uobis in caſu noſtro facilius ſua-
deri poteſt ex eo, quod compromiſſum factum fuit
in duos legum doctores tanquã in uiros excellentiſ-
ſimos,quales eos re uera eſſe cognoui, ꝗbus ob ma-
gnam illorum doctrinam turpe eſſet aliter iudicare,
quam de iure,etiam ſi uerba compromiſſi illos ad ſic
iudicandum non arctarent,arg.l.2. §.ſeruius autẽ ſul
pitius.ff.de origine iuris. Cum igitur illa uerba com-
promiſſi in decidendo,& pronuntiando de iure tan-
tum ad arbitros electos relata fuerint, debent de iu-
ris rigore,ſeu de iure communi,& ſecundum qualita
tem ſuarum perſonarũ intelligi,quamuis in aliis per-
3 ſonis aliud importare,& aliter ſtare poſſent, nã† uer-
ba in dubio ſemper debent intelligi ſecundum quali-
tatem perſonarum,ad quas relata fuerunt.l.plenum.
§.æquitii.ff.de uſu,& habit. Pau.de Caſtr. in l. ſi quis.
§.irritum.ff.de inius rup.teſta.Alex.poſt Bar. in l.cen
turio.nu.76.ff.de uulg.,& pupil. Imo.in c.Raynutius.
in materia ſubſtitutionis cõpendioſæ, & ego ibi dixi,
de teſtam.& plenè habetur per Iaſon.in l. ſtipulatio i-
ſta.§.hi,qui.ff.de uerb.obligat.ubi multis modis exẽ-
plificat,& ad plura infert c.ſolite. de maio.obediẽ.op
timus textus.in c.requiſiſti.de teſtamẽ. & in c. ſi pater
de teſtam.in 6.ubi uerba magis perſonis, ad quas refe
4 runtur,quam rebus conuenire debent.Et† quãuis uer
ba ſoleant intelligi ſecundum qualitatẽ perſonæ pro
ferentis ad tradita per Decium.in l.unica. C. quando
nõ petent.part.tamẽ magis intelliguntur ſecundum
qualitatẽ perſonæ,ad quam referũtur, ut habetur per
Alex.in l.ſi cõſtante.ff.ſoluto matrimonio, qui dixit
uerba debere intelligi ſecundum ſubiectum,& prædi
catum,quæ uerba hoc idẽ importãt. Et ad propoſitũ
nobis optimè inſeruit illud, quod notab.ponit Bald.